Asola, Giovanni Matteo. Psalmodia ad vespertinas omnium solennitatum horas octonis vocibus . . . Venezia, eredi di Girolamo Scotto. 1574. RISM A2517, AA2517. Later edition of 1582 (RISM A2518).

Title:

PSALMODIA AD VESPERTINAS
OMNIVM SOLENNITATVM HORAS
oĉtonis vocibus infraĉtis decantanda:
Canticaq; duo B. Virginis Mariæ, vnum primi toni integrum,
alterum quinti toni, in verſiculos diuiſum.
IO. MATTHÆO ASVLA VERONENSI AVCTORE.
Nunc primum in lucem edita.
[Printer's mark]
VENETIIS.

APVD HÆREDEM HIERONYMI SCOTI.
M. D. LXXXIIII.

Dedication:

R. D. PETRO FRANCISCO ZINO | *CANONICO ET ECCLESIÆ S. STEPHANI* | *Veronæ Archipreſbytero.* | Io. Matthæus Aſula. S.D. |

ALijs alij rebus ſtudijsq; tenentur, humaniſsime atq; amabiliſsime Zine: Ego | Muſices amore ſic inſanio, vt quæ in terræ viſceribus, quæ ſupra terram, quæ | in aquis, quæ in aere, quæ in cœlis, quæ ſupra cœlos ſunt, omnia muſicis nu-|meris conſtare, & ſuauiſsimum quendam concentum mihi edere videantur. | Quin etiam eò me ꝑuehit furor hic Muſicus, vt omnia, quæ ſunt, quę fuerunt, | quæ futura ſunt, nihil aliud eſſe putem, quàm harmoniam quandam dulciſsi-|mam in Vniuerſitatis Choro confeĉtam ab Opt. Max. & Sapientiſsimo artifice | Deo, qui vt Thoericus Muſicus præſtantiſsimus cùm in æterna mente ſua re-|rum omnium Idæam, quaſi cantilenam quandam compleĉtererur, eam ad | praĉticen, cunĉta, quæ videntur, & quæ non videntur, in pondere, numero, & menſura creando, de-|duxerit. Quæ ſanè cantio ſimul cum ipſo Mundi primordio, cum tempore nimirum, & motu cœpit: | nec prius deſinet, quàm motus, & tempus eſſe deſtiterint. Imò poſteaquàm tēpora, & motus ceſſaue-|rint (cœlum enim & terra tranſibunt) cantus tamen iſte non deſinet, ſed vigebit in eo, cui præſentia | ſunt omnia, in quò ſunt omnia, ex quo, & per quem, & propter quem omnia, & ad quem tendunt | omnia, vt vnum ſint, & ipſe ſit omnia in omnibus. Nunquam. n. deſinent illi cœleſtium Spirituum, & | Beatorum chori concinētes clamare: Sanĉtus, Sanĉtus, Sanĉtus Dominus Deus Sabaoth. Res igitur | omnes tam viſibiles, quàm inuiſibiles, cùm ſingulæ ſeparatim, tum ſimul vniuerſæ, immēſo ac ſuauiſ-|ſimo quodam ſono, tanquam in Concerto, vt vocant, muſicis omnibus vocum inſtrumentorumq; ge-|neribus referto aures atque animum meum complent. Quod quidem Concertum ſummus ille ar-|tifex Deus ita moderatur, vt non ſolùm ima ſummis, & vtrisque media concordent, ſed quæ imperitis | etiam videntur eſſe diſcordia, mirabiliter inter ſe conſonent. Quinetiam ſuſpiria, & pauſæ, ciuita-|tum ſcilicet, gentium, regnorum,

aliarumque rerum calamitates, euerſiones, ortus, & interitus ad | muſici huiuſce concentus perfeĉtionem mihi videntur pertinere. Animaduertis, quò me trahat, & | ducat magnus hic muſicus furor? Ago tamen gratias, quas poſſum maximas in-|uiſibili huic Muſico, & immortali, ac ſapientiſsimo bonorum omnium auĉtori, qui me quoq; in tam | mirabili æternæ ſuæ Muſices apparatu atq; Concerto voluit intereſſe. In quo ego quoque conor ali-|quid efficere, condens, & componens, quæ mox depromere poſsim. Et vt antea ſub nomine tuo qua-|ternis, quinis, ſenisq; vocibus multa, ita nunc oĉtonis Veſpertinam hanc edo Pſalmodiam. Nemini | autem mirum videri debet, quòd ego tibi labores dicem, & vigilias meas. Id enim facio, quia te dili-|go. Diligo autem, quia me abs te diligi, amarique ſentio, & quia propter virtutes tuas, & ſuauiſsimos | mores amabiliſsimus es. Auĉtore præterea in primis extitiſti, vt ego mea Muſicæ ſtudia ab inanibus | Mundi compoſitionibus ad pios & ſacros vſus ex Sanĉti Tridentini Concilij ſententia conuerterem | & accommodarem. Vt interim taceam, q. domi tuæ, atq; in Eccleſia tua, quaſi in ſacro quodam agel-|lo nata ſunt, vt iure ſint tua, qui me & ſuasu, & Liberalitate ad eiuſmodi ſtudia compuliſti. Accipe igi|tur, qua ſoles animi, & vultus hilaritate fruĉtus Viridarij tui. Qui ſi minus forte tuæ reſponderint ex|peĉtationi, id tibi imputa, qui ſolum haud ita frugiferum coluiſti. Ego certè reprehendi non debeo, | qui quicquid habeo, id totum dono, & quod deeſt exiguo muneri, amore exæquo, atque compenſo. | Quo quidem amore, te, qua es humnitate, contentum eſſe non dubito. Vale. Calen. Septembris. | MDLXXIV. |

Index:

INDEX.

[column 1]

Deus in adiutorium meum intende
Dixit dominus domino meo.
Confitebor tibi domine.
Beatus vir qui timet dominum
Laudate pueri dominum.
In exitu Iſrael de Aegypto.
Laudate dominum omnes gentes
Lætatus ſum in his quæ diĉta ſunt mihi.
Niſi dominus ædificauerit domum
Lauda Ieruſalem dominum.

[column 2]

Credidi propter quod locutus ſum.
In conuertendo dominus
Domine probaſti me
De profundis clamaui ad te domine.
Memento domine Dauid.
Beati omnes qui timent dominum.
Confitebor tibi domine. ſecundus.

Magnificat. Primi toni.
Magnificat. Quinti toni.
FINIS.

Contents:

Domine ad adiuuandum
Dixit Dominus   Primi toni [all verses]
Confitebor tibi   Secundi toni [all verses]
Beatus vir   Tertij toni [all verses]
Laudate pueri   Quarti toni [all verses]
In exitu Iſrael   Mixti toni [all verses]
Laudate Dominum   Quinti toni [all verses]
Lætatus ſum   Sexti toni [all verses]
Niſi Dominus   Septimi toni [all verses]
Lauda Ieruſalem   Oĉtaui toni [all verses]
Credidi propter quod   Sexti toni [all verses]
In conuertendo   Oĉtaui toni [all verses]
Domine probaſti me   Septimi toni [all verses]
De profundis clamaui   Quarti toni [all verses]
Memento Domine Dauid   Oĉtaui toni [all verses]
Beati omnes   Quarti toni [all verses]
Confitebor tibi . . . quoniam   Septimi toni [all verses]
Magnificat   Primi toni [all verses]
Magnificat   Quinti toni [even verses]

Part-books:

CANTVS | PRIMI CHORI	A-B^4, C^6	28pp.	No dedication. Index.
TENOR | PRIMI CHORI	D-E^4, F^6	28pp.	No dedication. Index.
ALTVS | PRIMI CHORI	G-H^4, I^6	28pp.	No dedication. Index.
BASSVS | PRIMI CHORI	K-L^4, M^6	28pp.	No dedication. Index.
CANTVS | SECVNDI CHORI	N-P^4	24pp.	Dedication. No index.
TENOR | SECVNDI CHORI	Q-S^4	24pp.	Dedication. No index. $Q^{[1]}$ mislabeled $N^{[1]}$
ALTVS | SECVNDI CHORI	T-X^4	24pp.	Dedication. No Index.
BASSVS | SECVNDI CHORI	Y-Aa^4	24pp.	Dedication. No Index.

Remarks:

Quarto format. Intonations in Tenor Primi Chori part-book. Copy consulted: **I**-Bc (microfilm). RISM A2517, AA2517. Later edition of 1582 (RISM A2518).